HINCMARUS REMENSIS. BEDA VENERABILIS. WALAFRIDUS STRABO. ISO SANGALLENSIS. BEDA VENERABILIS. HERMANNUS CONTRACTUS. HIERONYMUS

Mitte 12. Jh. Seite 55r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36571
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Cicero arpini nascitur matre heliua. patre equestris ordinis ex regio
uulscorum genere. Hyrcano in pontificatu. quod ipse. xx. vi. annis tenuit.
aristobolus succedit annum unum. qui rex pariter et pontifex primus
apud iudeos diadematis sumpsit insigne. post. cccc. lxxx. iiii. annos
babylonie captiuitatis. Post quem regnauit ianeus cognomento alex
ander annis. xx. vii. qui pontificatum quoque amministrans crudelissime
Ptolomeus qui et alexander annis. x. iii. dcccc. ii. ciuibus prefuit.
Huius anno. viii. syria in romanam dictionem cessit. capto philippo aga
pino. Expulsus de regno ptolomeus fiscon per matrem cleopatram in cyprum
Ptolomeus dionisius annis. xxx. iii. dcccc. lxx. iii. secedit.
Ab huius anno quinto alexandra uxor alexandri pontificis post mortem
regnauit iudeis annis. viiii. Ex quo tempore iudeos rerum confusio et
uarie clades oppresserant. Huius post mortem aristobolus et hyrcanus filii
eius contra se de imperio dimicantes. occasionem prebuere romanis ut iudeam
inuaderent. Itaque pompeius hierosolimam ueniens. capta urbe et tem
plo reserato usque ad sancta sanctorum accedit. aristolum uictum secum abducit. pon
tificatum confirmat hyrcano. Deinde antipatrum herodis ascalonite
filium procuratorem palestine facit. Mansitque in pontificatu hyrcanus
annis. xxx. iiii. Virgilius maro in pago qui andes dicitur haut procul
a mantua nascitur. pompeio et crasso consulibus. Pompeius captis hiero
solimis. iudeos tributarios facit. Virgilius cremone studus eruditur.
Ptolomeus cesar qui a matre fuerat eiectus annis. viiii. iii. dcccc. x.
regressus de fuga regnum obtinuit. quia alexandrum qui ante eum fuerat
ob interfectionem matris eius pepulerat. et germanos et gallos capit. et
britannos quoque quibus ante eum cognatio quidem romanorum fuerat uictos
obsidibus acceptis stipendiarios facit. iii. dcccc. lx. vi.
Cleopatra soror ptolomei annis. xx. ii. Orto enim bello ciuili inter cesarem
et pompeium. uictus pompeius alexandriam petit. ibique a quo sperabat aux
ilia ptolomei percussus interiit. Mox cesar alexandriam uenit. ipsi quoque